ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 11r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



perat. qui in facie uulnus portat.

Ille igit. ille modis omnib⁹ debet ad exemplū uiuendi pertrahi. qui cunctis carnis passionib⁹ moriens. iam spiritaliter uiuit. Qui prospera mundi post posuit. qui nulla aduersa pertimescit. qui sola interna desiderat. cuius intentioni bene congruens. nec omnino ꝑ inbecillitatē corpus. nec ualde ꝑ contumeliā repugnat. qui ad aliena cupienda n̄ ducit. sed ꝓpria largitur. qui ꝑ pietatis uiscera cicius ad ignoscendū flectit. sed numquā plus quā deceat ignoscens. ab arce rectitudinis inclinat. Qui nulla inlicita ꝑpetrat. sed perpetrata ab aliis ut propria deplorat. qui ex affectu cordis aliene infirmitati compatitur. sic in bonis ꝓximi sicut in suis ꝓuectibus letatur. Qui ita se imitabilem ceteris in cunctis que egit insinuat. ut inter eos n̄ habeat qd̄ saltim de transactis erubescat. Qui sic studet uiuere. ut ꝓximorū quoq; corda arentia doctrine ualeat fluentis irrigare. qui orationis usu ex experimento iam didicit. qd̄ optinere ad n̄o que poposcerit possit. cui ꝑ effect⁹ uocē iam quasi specialit̄ dicitur. adhuc loquente te dicam ecce assum. Si enī fortasse quis ueniat ut pro se ad intercedendū nos apud potentē quempiā uirū qui sibi iratus nobis uero ē incognitus ducat. protinus respondem⁹. Ad intercedendū uenire non possumus. quia familiaritatis ei⁹ noticiā non habem⁹.